

QVÆSTIO XLI.

Causæ criminales an possint delegari.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Causæ criminales an possint delegari.
- 2 Delegatus an possit causas criminales alteri subdelegari.
- 3 Et quid si sit delegatus a Principe.
- 4 Delegatus an possit procedere vsque ad vltimū supplicium.
- 5 Episcopus an possit delegare laicis causas criminales Clerico- rum.
- 6 Et an laico simul cum clerico.
- 7 Et an clerico coniugato.
- 8 Et quid in Summo Pontifice.

ADDITIONES, Ad Quæst. XLI.

**H** Actenus de Iudici- bus.] Adde, quod  
 1 In iudicio ordinario causa committitur, si eius iurisdictio fuit alterata, tunc erit iudex delegatus, & tunc ab eius sententia appellatur ad superiorem, Angel. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. obligat. & ibi communiter Doctores, & Vin. comun. opin. 421. volum. 1. & ad hanc in tertiam delegandi  
 2 Causas criminales, & quando delegantur iudicibus ordinarijs, & quando iurisdictio dicatur excita- ta, & vel delegata, & qua- rum differentia sit, quando iudex procedit, ut ordina- rius, vel delegatus, & mor- tuo delegato, an ordina- rius possit se impedire, & an delegatio de causarum generalis comprehendat etiam causas criminales, & an delegatus citans de- beat copiam delegatio- nis in oratione inferere, vide omnino Decianum in tractatu criminal. tomo primo, lib. 4. capit. 25. vbi latissimè.

Itè adde, quod in Re- gno Neapol. officiales tã Regij, quam Baronū non possunt subdelegare, quia tenentur ipsi personaliter seruire, & non per substi- tutos, ita prouisum fuit const. Regni. Item quod prædicti officiales, & per Reg. pragmat. Caroli V. incip. mandamus, sub titul. de administr. & de hoc late habetur per Afflic. in const. duram, & diram, & per Io. Ant. de Nigr. in cap. quia de Vicarijs, nu.

QVÆST. XLI.



Actenus a de Iudici- bus ordi- narijs di- ctum est. Sequitur nunc, ut de iudicibus delegatis in causis criminalibus ali- quid subiiciamus. Et in pri- mis videndum est, nunquid causæ criminales possint de- legari. Et quidem in causis, quæ non sunt meri, vel mixti imperij, omnes conueniunt, quod possint delegari, & in hoc nulla est difficultas. In ijs autem, quæ sub meri, vel mixti imperij est distinguen- dum. Nam aut loquimur in Principe, & pariter omnes conueniunt, quod possit om- nes causas criminales, cuius- cunque generis sint, delega- re: Aut loquimur in inferiori, & pariter est distinguendum.

Nam siquidem est Iudex ordinarius, dicendum est, quod regulariter non potest tales causas meri, aut mixti Imperij alteri delegare, & hanc esse communem opinio- nem attestantur Scribemes in l. 1. ff. de offic. eius, & in spe- cie Dec. num. 28. & Curt. iun. nu. 21. Et est ratio, quæ cum huiusmodi causæ specialiter concessæ sint maioribus magi- stratibus, censetur electa in- dustria personarum eorum, meri- to delegari non possunt, & hanc esse communem rationē attestatur Claud. in dicta leg. in princ. num. 2. Hanc autem conclusionē ego plurib. qua-

- 9 Clericus an possit esse delegatus Principis laici in causis criminalibus.
- Ex Additionibus.
- 1 Iudex ordinarius, si ei causa committatur, an efficiatur dele- gatus.
- 2 Delegari causæ criminales quando possint remissive.
- 3 Iurisdictio quando dicatur delegata, vel excitata, remissive.
- 4 Differentia an iudex procedat, ut ordinarius, vel delegatus, remissive.
- 5 Delegatio causarum generalis, an comprehendat causas crimi- nales, remissive.
- 6 Delegatus citans an debeat inferere in citatione copiam dele- gationis.
- Officiales Regni Neap. tam Regij, quam Baronum non pos- sunt subdelegare.
- 7 Delegatus an possit subdelegare.
- 8 Delegatus Principis an subdeleget causas meri, & mixti imp.

stionibus ampliaui infra, libro septimo, §. iurisdictio, quas hoc loco transcribere operæ pretium non existimaui, tum quia hac materia est multum trita in locis ordinarijs, tum etiam, quia est parum fru- ctuosa, attento quod, quid- quid sit de iure, hodie ex ge- nerali consuetudine indistin- ctè omnes causæ meri, & mix- ti imperij delegantur, etiam quoad panam vltimi suppli- cij, ut attestatur Cagnol. in l. nemo potest gladij, in fin. ver- bis, ff. de regul. iur. & in suo exercitatorio libel. fol. 68. c. 11. Ideo ad ibi diffuse dicta te remitto.

2 Si vero est iudex dele- gatus, tunc etiam est distin- guendum inter delegatum Principis, & delegatum ab inferiore. Nam si quidem est delegatus ab inferiore, nullo modo potest causas criminales subdelegare. Et licet aliqui dicant, quod talis delegatus inferioris a Principe potest post litem contestatam subde- legare, etiam in criminalibus, & hanc opin. dicant esse com- munem Nunijs de los corrigidores, fol. 10. col. 4. prout il- lum refert Villalob. in sua collecta commun. opi. in littera D. num. 34. ego tamen credo id verum non esse: sed neque etiam in lib. meo Nunijs in loco præalleg. id dicit, neque aliud loquitur in hoc proposito.

3 In delegato autem a Principe magna fuit aliquando controuersia inter Doct. Nam gloss. in l. unica, in verbo, Iudicandus, C. qui pro sua iurisdictio, tenuit, quod potest causam criminalem sibi commissam alteri delegare, & il- lam dicit esse magis communem opin. Paul. de Castro in d. l. unica, nuu. 9. quem refert, & sequitur Vantius de nul. lit. fol. 169. num. 29. Idem dicit Iason d. l. 1. num. 74. Al- ciat in cap. quod sedem, num. 81. de offic. ord. quem refert Villalob. in d. littera D. num. 36. & Boer. decis. 6. num. 8. & 9. Et dicit Guido Papæ decis. 624. clarum est, num. 1. quod secundum hanc partem vidit vti, & seruari in illa curia Delph. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imo etiam delegatus Principis non possit causam crimina- lem meri, vel mixti imperij alteri subdelegare, tenuit Ia- cob. de Arena, & hanc partem tanquam tutiorem tenuit A. ber.

- 11. cum sequ. Baiard.
- b Ordinarius.) Vide Rip. in l. 2. C. de eden. nu. 22. Giach.
- c Causas meri, aut mix- ti.) Adde infra q. 99. vers. scias tamen, supr. in §. fi. q. 1. Drogh.
- d Si vero est Iudex de- legatus.) Adde videndū Capram commun. concl. in regul. 79. per totam, Baiar.
- e In delegato autem a Principe.) Adde viden- dum Menoch. de arbit. iud. in q. 54. vbi hæc quæ- stionem laussimè tracta- uit, concludendo delega- tum Principis non posse subdelegare causas meri, ac mixti Imperij. Baiar. Nisi

f Nisi persona indu- stria.] Adde infr. q. 71. ver- sic. fin. Drogh.

g Laico causæ crimina- les.) Contra Magnificum, & Excellentissimum Bor- ginum Caualecanum, qui per plures annos exercuit officium Vicariatus gene- ralis Illustrissimi, & Reue- rendissimi tunc Episcopi, postea Cardinalis Papiæ; Quomodo autem Cleri- cus possit cõsulere in cau- sis criminalibus, dixi supra in §. Sodomia, in fine, ex Felyno in capitulo si quis extra de maiorib. & obe- dientia. Vide tamen pro Borgino, Bossium titulo de Principe, numer. 209. Drogh.

h Resp. quod sic.) Vide sup. Decian. nu. 28. Ros.

4 Sed nunquid in casibus, in quibus merum imperium po- test delegari, poterit delegatus procedere vsque ad vlti- mum supplicium? Resp. Aliqui alixerunt simpliciter quod sic, & hanc esse communem opi. attestatur Alciat. in d. c. quod sedem, num. 83. de ord. Quam tamen ego intelligo, ut procedat, si ex tenore ipsius delegatione colligeretur: alias tutius arbitraret facturum delegatum, si prius quam pœ- nam mortis imponeret, Principi referret. Certè quædo esset periculum in mora, ut in insigni latrone, vique posset dele- gatus panam mortis imponere. Et hæc est communis opin.

Alber. in d. l. 1. in princ. nu. 21. dicens, quod illa opi. gloss. in d. l. unica, communiter per Doctores repobatur. Et di- cit Ias. ibi, post nu. 64. vers. contrariam, quod credit Alber. verum dixisse, scilicet, quod hæc opinio esset magis communis ante aduentum Bart. Quid quid sit de iure, in hoc Ducatu seruatur hæc opin. Iacobi de Aret. & vi- deretur apud nos res valde absurda, si delegatus a Prin- cipe in causa criminali illam alteri subdelegare. Nam ut rerum experientia docet, nunquã huiusmodi causa de- legatur a Principe, nisi persona industria specialiter electa. Et ita etiam hanc opi. in Francia seruari attesta- tur Boerius in dicta decis. 6. in fin.

5 Quæro, nunquid Episcopus possit delegare & laico cau- sas criminales clericorum. Respond. quod non: & est com- munis opi. ut attestatur Rip. in c. decernimus, num. 34. de iudic. & hæc quidem conclusio de plano procedit in laico, qui solus in huiusmodi causis delegatur. Sed quid si velit eas laico simul cum alio clerico delegare? Respond. quod pariter non potest, & est communis opin. ut attestatur Dec. in d. c. decernimus, nu. 5. in fin. quem refert Rolan. cons. 4. num. 4. lib. 1.

7 Sed an poterit Episcopus tales causas delegare clerico coniugato? Respon. quod non: & est communis opin. ut ait Ripa in d. cap. decernimus, nu. 64. talis enim clericus re- putatur tanquam merus laicus, præter quam in duobus ca- sibus, ut ibi.

8 Sed quid dicendum de Summo Pontifice? Respon. quod Papa potest etiam mero laico committere causas crimina- les laicorum. Ita dicit gloss. in cap. bene quidem. in verbo, Præter, 96. distinct. quam totus mundus sequitur, ut atte- statur Berous quæst. 7. nu. 1. Habet enim Papa in omnibus causis ecclesiasticis absolutam plenitudinem potestatis. Non tamen posset Papa conferre iurisdictionem ordina- riam principibus laicis in clericos. Et hæc est communis opi. ut attestatur Menchia. lib. 3. de testam. §. 22. post nu. 60. Quod intellige, ut procedat iuxta ea, quæ dixi supra q. 36. vers. sed. ea retenta.

9 Quæro, quid euenisset, nunquid possit clericus esse de- legatus Principi: laici in causis criminalibus. Respon. quod sic, in vna causa tantum, & est communis opinio, ut dicit Ripa in d. cap. decernimus, num. 46. & seq. quem re- fert Didacus in repetit. d. l. si furiosus, fol. 315. in fin. de homicid. Quæ tamen conclusio multas recipit restri- ctiones, ut ibi.

QVÆST. XLII.

Iurisdictio in causis criminalibus, an possit prorogari.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Iurisdictio an possit prorogari in causis criminalibus.
- 2 Et quid si ille, in quem sit prorogatio, alias non haberet iuris- dictionem in criminalibus.
- 3 Et an, quando pro- ed. tur per inquisitionem, sit locus proroga- tionis iurisdictionis.

ADDITIONES, Ad Quæst. XLII.

2 Quæro nunquid. Vi- de Decianum To- mo primo, Tractatu crimi- nali libro quarto, cap. 23. Ros.

3 Quæro nunquid.) Ad- de videndū omnino De- cian. in tractatu crimin. li- bro quarto, capitulo 23. 1 vbi habetur, quid sit pro- rogare iurisdictionem, & an fieri possit proroga- tio in criminalibus, & in quibus casibus, & quæ si

QVÆST. XLII.

1 Quæro, nunquid in cau- sis criminalibus possit iurisdictio prorogari. Respon- deo, quod sic, & est commu- nis opinio, ut dicunt Scriben- tes in l. prima, ff. de iudic. & in specie Paul. de Castro nu- mero vigesimo, & Sapia nu- mero trigessimono, & Curt. iunior numero trigesimo septi- mo, & Cagnol. numero 46. Et quod etiam in criminali- bus possit expressè, & tacitè

Ex Additionibus.

- 1 Prorogare iurisdictionem quid sit, remissive.
- 2 Et an possit fieri in criminalibus.
- 3 Et quomodo prorogatio fieri debet.
- 4 Præstans fideiussorem coram iudice incompetenti de paren- do mandatis, non dicitur prorogare iurisdictionem.
- 5 Procurator sine speciali mandato iurisdictionem non pro- rogat.
- 6 Iurisdictio limitata, & delegata non potest prorogari.
- 7 Exceptio incompetentiæ potest quandoocumque opponi, si iuris- dictio est limitata.
- 8 Ignorans non dicitur iurisdictionem prorogare.
- 9 Priuatus iuri publico renunciare nequit.

prorogari iurisdictio, dicit esse communem Doctorum sententiam, Aretin. capit. ad petitionem, numero decimo- quinto de accusat. Quod intel- lige quo ad præiudicium par- tis, vel partium, quæ proro- gationi ipsi consentiunt, non autem in præiudicium Reipu- blicæ, vel iudicium, ad quos pertinet perpetrati criminis cognitio, & punitio: alias possent mille fraudes quotidie committi. Est etiam hæc conclusio

tacita prorogatio, & qui- bus concurrentibus, fiat prorogatio, & multa alia habentur ad materiam facientia, & inter alia no- tatu digna habetur, quod quis præstando fideiussio- nem coram iudice in- competenti, de parendo mandatis, non dicitur pro- rogare iurisdictionem, quia tacitè semper intelli- gitur hæc conditio, si com- petens fuerit, ut per plu- ra Paris. consilio 48. nu- mero primo, cum sequet. volum. 1.

Item

5 Item adde, quod procurator sine speciali mandato iurisdictionem prorogare non potest, cap. d. olim, de offic. deleg. Guid. Pap. decif. 285. numero primo.

6 Item adde, quod iurisdictione delegata, & limitata non potest prorogari, Abb. in cap. P. & G. de offic. delegat. & Doctor. in l. 2. ff. de iudic. & Nat. consilio 82. vbi dicit, quod exceptio incompetente iudicis quando duncumque opponi potest, quando iurisdictione est limitata, & Ruin. consilio 165. numero 12, volum. 4.

7 Item adde, quod iurisdictionis prorogatio errore, siue ignorantia facti impeditur. Ber. in consilio nono, numero 28. vol. 3. 3. Baiard.

8 Non esset locus prorogationi. Adde, quia quod non est prorogari non potest, Negufan. tractatu de pignor. & hypp. tertio

intelligenda, vt procedat, dummodo ille iudex, in quem fit prorogatio, alias etiam haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus: alias secus: & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in c. si diligenti, num. 14. de foro compet. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola in c. P. & G. num. 48. de off. delegat. vbi enim iudex non haberet in talibus causis iurisdictionem, non esset locus prorogationi eius, quod non esset, sed potius esset iurisdictionis noua collatio, quae partium consensu in causis criminalibus tribui non potest. Sed in hoc proposito videntur ea, quae dixi infra lib. 7. §. Iurisdictione.

9 Scias autem, quod vbi proceditur per inquisitionem ex mero officio, non habet locum prorogatio. Ita tenet Bald. in l. 1. in fin. C. vbi de

crim. agi oportet. Et hanc dicit esse communem opin. Socin. consil. 108. num. 21. lib. 4. Petrus Calefatus inter consilia criminalia diuersorum consil. 102. numer. 4. lib. 1. & consil. 93. num. 25. lib. 2. Cum enim in hoc iudicio instituendo non interueniat aliqua partium, sed tantummodo iudex, & diffamatio, quae loco accusatoris fungitur, certe absurdum esset dicere, quod ipse iudex posset a seipso iurisdictionem suam prorogare; Nec minus absurdum videretur, quod fama, quae est res inanimata, possit in iudicem non competentem consentire, illique iurisdictionem tribuere.

10 Quidquid tamen sit de iure, cum hodie iudex inquirens sit quodammodo loco accusatoris, credo, quod si reus consentiret in ipsum, vix posset euadere, ne censeretur facta prorogatio in ipsius quidem rei prauidicium, non autem in prauidicium iudicis competentis, vel alterius accusare volentis.

membr. 6. part. princ. n. 6. vide Felyn. cap. ceterum. versic. vt dicta colle. mihi 7. de rescript. & in cap. pastoralis coll. 5. extr. eodem hac tractatur; materia in c. de causis, ext. de offic. de leg. Drogh.

11 c. Partium consensu. Adde rationem in criminalibus, quia iuri publico per priuatos renunciari, & derogari non potest, ne mo potest, ff. de leg. 1. pro hoc vid. Iafin. l. 1. §. & post operis, nu. 2. vlt. fallentia, & nu. 11. ff. de oper. nou. nunciat. Guiot.

12 d. Quicquid tamen. Adde, quae posui supra in q. 36. versic. fortitur etiam. Baiard.

QVÆST. XLIII.

Iudex in causis criminalibus, an possit tanquam suspectus recusari.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Iudex an possit in causis criminalibus vt suspectus recusari.
- 2 Et quibus ex causis, remissiuè.
- 3 Et an contra iudicem opponi possit exceptio, quod sit criminofus
- 4 Et an iudex possit cognoscere super exceptionibus, quae contra eius personam opponuntur.

Ex Additionibus.

- 1 Iudex quando possit recusari.
- 2 Et quid in ordinario.
- 3 Et quid in delegato a Principe.
- 4 Suspectum iudicem allegans, & non probans in Regn. Neap. poenam incurrit.
- 5 Idem in Aduocato, & Procuratore.
- 6 Et quid in statu Ecclesiastico. Recusandi iudicem quae differentia sit inter ius canonicum, & civile, nu. eod.
- 7 Iudex recusatus an teneatur ad instantiam partis iurare, an causa suspicionis sit vera, num. eod.



- 8 Suspicionem non probans tenetur iniuriarum.
- 9 Fiscalis procurator potest ex legitima causa vt suspectus recusari.
- 10 Procurator sine speciali mandato non potest iudicem suspectum allegare.
- 11 Iudex a legatus suspectus impeditur iurisdictionem exercere.
- 12 Et si procedat, an processus sit ipso iure nullus.
- 13 Suspensiones ortae ante conclusionem in causa, non possunt post conclusionem allegari in Regno Neap. Etiam quod allegans probare velit de nouo ad eius notitiam deuenisse.
- 14 Minor restituitur aduersus omissam exceptionem suspensionis.
- 15 Iudex per sententiam recusatus potest appellare.
- 16 Et ex quibus causis recusatur, remissiuè.
- 17 Et an ipsemet possit cognoscere super exceptionibus contra se oppositis. Sportularum interesse an habeatur in consideratione, remissiuè.
- 18 Iudex declarans se competentem an possit procedere in causa principali, si ab hac declaratione fuerit appellatum.
- 19 Suspicionum causa per quem cognoscuntur.
- 20 Et qui deseruetur in practica.
- 21 Index recusatus non remouetur in Regno Neapol. nisi factis probationibus.
- 22 Excommunicatus publicus non potest esse iudex.
- 23 Iudex recusatus quare non cognoscit de sua suspensione, & tamen cognoscit, si est competens
- 24 Notarius actorum si allegatur suspectus, non est alleganda causa, sed sufficit iuramentum. Secus in Regno Neapolitano.

ADDITIONES, Ad Quæst. XLIII.

1 QVæro nunquid. Adde in hac materia recusationis iudicis in causis criminalibus videndum Olasc. decif. 15. per totam, & Rol. conf. 16. num. 14. & consil. 31. in fin. volum. 3. vbi dicit, quod suspicio iudicis secundum ius canonicum debet probari, secus de iure civili, quia iusta causa secundum commune est iuramentum, sed omnino vide Ioann. Anto. de Nigr. super capitulis Regni in cap. 217. incip. prolixitatem, vbi ad futuritatem de recusatione iudicis habetur, & quid iudicem recusantes facere possint pendente recusatione, & licet de iure iudex ordinarius regulari non possit, Authen. si vero contingeret, C. de iud. tamen hodie non seruatur vt dicit Bald. in d. Auth. & recusatur etiam delegatus Principis Menoc. de arbit. iud. q. 54. nu. 12. & 13. & in Reg. Neap. prouisum fuit per ritum 265. secundum dispositionem iuris canonici, quod allegans iudicem suspectum debet probare causas suspicionum, & eis non probatis, punitur arbitrio iudicis suspicionem cognoscentis, & idem dicitur in Pragm. 40. incip. allegantibus sub titul. de offic. sacri Regij consilij, vbi quod tali poena arbitraria non tantum principalis puniri poterit, sed etiam Procurator, & Aduocatus, qui suspensiones ipsas proposuerint, & de praedictis vide etiam Carauit. in dict. ritu 265. vbi plene, & ibi non datur appellatio à decreto in causis suspicionum iudicum pro ritu 265. & ita habetur per Franch. in decif. 408. volu. 2. & vide infra numer. 13. Et in statu Ecclesiastico de forma recusandi iudicem habetur per consil. Marchiae cap. 17. libr. 5. & ibi latissime per addentes. Et quae sit differentia in modo recusandi iudicem inter ius canonicum, & civile, latè Philip. Franch. in capit. cum speciali, numer. 46. de appellat. & Abb. in capitul. si quis contra clericum de foro compet. & per eundem Franc. vbi supra numer. 28. habetur etiam si pars recusans petit ipsi iudicem interrogari cum iuramento, si causa suspicionis sit vera, an iudex iurare teneatur.

2 Item adde, quod de iure et communi allegans iudicem suspectum, si causas non probauerit, actione iniuriarum tenetur, secundum Bald. in capitul. super. de offic. deleg. & Angel. in l. quae omnia ibi magis conuicinium, ff. de procur.

3 Item adde, quod etiam procurator fiscalis licet iurisdictionem non habeat potest reuocari vt suspectus ex legitima causa per ea, quae tradunt Anchar. conf. 263. Alexand. consil. 104. numer. 2. volumin. 5. Deci. in capitul. postremo, numer. 2. de appellat. Decian. consil. 8. numer. 15. volumin. 1. & Boer. in decif. 158. nu. 7. & 8. & optime facit etiam doct. Abb. in c. non illa, numer. 2. versic. conclude ergo de appell. vbi dicit quod deputatus ad certum ministerium, in quo possit occultè grauare, recusari potest, & quantum procurator fiscalis clam grauare possit, omnes sciunt, & dignosci potest ex grauissima poena contra eum imposita, vt scilicet viuus concremetur, si aliquem indebitè vexauerit; est text. in leg. vniuersi Codic. vbi cau. fiscalis, & Grammat. in decif. 90. numer. 21.

4 Item adde, quod iudex et suspectus allegari debet per

QVÆST. XLIII.



1 Vero, nunquid in causis criminalibus iudex possit tanquam suspectus recusari. Respond. quod sic, ita tenent glof. in cap. qualiter, & quando, in glo. magna, in versic. item si ille, de accusat. quam dicit esse communiter approbatam Card. Alexand. in cap. de accusatione colu. 41. versic. venio ad septimum, 2. q. 8. Idem etiam tenere communiter Doctores attestatur Marian. in d. cap. qualiter, & quando, num. 78. Si enim in causis civilibus, in quibus solummodo agitur de re pecunia, admittitur recusatio iudicis suspecti, vt dixi infra lib. proximo, multo magis admittenda est in criminalibus. vbi agitur de vita.

2 Ex quibus autem causis possit iudex tanquam suspectus recusari, & reliqua, quae ad ipsius recusationis materiam pertinent, dixi in loco preallegato.

3 Item quæro, nunquid contra iudicem opponi possit, quod sit criminofus. Respond. glof. in d. cap. qualiter, & quando, in glof. 1. tenuit, quod sic, sed certe illa glo. communiter non tenetur, neque in ordinario, neque in delegato, vt dicit Card. Alex. in d. cap. de accusatione, col. 42. versic. item excipitur. Et quod iudex non repellatur exceptione criminis, dicit esse communem opi. Marian. in d. cap. qualiter, & quando post numer. 72. Et si hæc exceptio admitteretur, pauci possent iudicare, cum nemo sine crimine viuat. Vide, quae dixi supra q. 14. versic. dixi quoque, & seq.

4 Item adde, quod in Regno Neap. fuit prouisum per Reg. Pragm. quod suspensiones et ortae ante conclusionem in causa non possunt allegari contra iudices post conclusionem in causa, etiam quod allegans suspensiones praedictas velit probare de nouo ad eius notitiam peruenisse, prout erat prouisum per cap. Regni prolixitatem, Franch. in decif. 431. uolum. 2. vbi tenet, quod minor aduersus omissionem allegationem suspensionis restituitur.

5 Item adde, quod iudex et recusatus per sententiam, potest appellare, Abb. conf. 92. Mandell. conf. 95. lib. 1. Baiard.

6 Suspectus recusari. Aduerte, quod iudicis suspicio secundum ius canonicum debet probari; at secus de iure civili, quia iusta causa secundum commune est iuramentum, teste Rol. conf. 19. num. 14. lib. 3. ad idem per eundem conf. 31. cum ibi allegatis, in fin. eo seruando ius Pontificium aduerte quod coram iudice recusatio et causa suspicionis probabilis proponenda est, sed probanda coram arbitris communiter eligendis, ca. secundo requiritis, §. fin. de appel. cap. cum speciali. eo. tit. Electis arbitris debet iudex illis assignare terminum, iuxta capit. legitima, de appel. in 6. per quam decretalem remanet correctæ decretalis, suspensionis, de offic. deleg. idem inquit glo. in d. §. fin. Non probata suspicionis causa iudex sua vitur iurisdictione, d. cap. cum speciali. Ea vero probata; remittit negotium ad superiorem, vel causam committit de recusatoris consensu, d. cap. cum speciali. Sed scias tres esse casus, in quibus suspicionis causa coram arbitris non est tractanda, quos vide in cap. si contra, de off. deleg. in 6. Item scias tempora tria esse distinguenda ad sciendum, an iudex suspectus possit committere causam. Vide in cap. iudex de off. deleg. in 6. hæc etiam habes in collect. mea commu. opi. verbo suspicio iudicis, & ad principalem q. Auctoris adde, atq; vide plenè per Olasc. decif. 15. Guiot.

7 Ex quibus causis. Adde videndum et Philip. Franc. in cap. postremo, de appell. vbi enumerat 40. causas; vide etiam Maran. in Spec. par. 6. versic. appellatio, num. 28. Lanfranc. in cap. quoniam contra ver. recusationes, de probat. & Capyc. decif. 137. & 138. Baiard.